

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis o  
cum fonte primo

Non indues uestem ex lana linoque contextam. Per lanam simplicitas, per linum subtilitas designatur. Et nimirum uestis que ex lana linoque contextitur, linum interius celat lanamque exterius demonstrat. Vestem ergo ex lino lanaque contextam induit qui in locutione uel actione qua utitur, intus subtilitatem malicie cooperit, et simplicitatem foris innocencie ostendit.

Gregorius ibidem (libro VIII. moralium).

Quos contra bene per Moysen dicitur: Non indues uestem ex lana linoque contextam (Deut. 22:11). Per lanam quippe simplicitas, per linum uero subtilitas designatur. Et nimirum uestis quae ex lana linoque conficitur, linum interius celat, lanam in superficie demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, qui in locutione uel actione qua utitur intus subtilitatem malitiae operit et simplicitatem foras innocentiae ostendit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 8, 51 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.451, ll.16-22).